

1685:

1. Beckmann, Th. Volk: *De iure dignitatis conferentiis in imperio Romano - Germanico.*
2. Beckmann, Th. Volk: *De privatorum principium ac nobilium facultatibus*
3. Beckmann, Th. Volk: *De pacto commissorum*
4. Beckmann, Th. Volk: *Ad legem sicutius II. I.
quando ex factis tutoris est.*
5. Beckmann, Th. Volk: *De iusta iniuste & desperatione nemesis.*
6. Beckmann, Th. Volk: *De concursu causarum caussarum & luerativarum.*
- 7st. Beckmann, Th. Volk: *De commissariis Imperialibus in causis justitiae 2 Sumpf. 1685: 1740.*
8. Beckmann, Th. Volk: *De fractuum perceptione.*
9. Beckmann, Th. Volk: *De privilegiis ordinis.*
10. Hartung, Th. Christoph: *De superstitione*



- 11^a, b, c, d *Lynckius*, Nicolaus Christoff: *De baptismis*. 4 Tompl.
1683, 1703, 2 Ed. II.
12. *Mullerus*, Petrus, Decanus collegii iuri's et iurisprudencie
mag. Iur. Caspari Bergeri insitut.
13. *Mullerus*, Petrus: *De rei vniuersitatis iurium entitudo*,
1685, 1706, 1740
14. *Mullerus*, Petrus: *De jure colonum barum*. 3 Tompl.
1685, 1706, 1740
15. *Mullerus*, Petrus: *Casus trii partus Dabii*
16. *Mullerus*, Petrus: *De solutione minoris summae
in deducionem majoris* . . .
17. *Mullerus*, Petrus: *De redentore listis alienal.*
- 18^a, b, c *Mullerus*, Petrus: *De gynaecocratia in regno
urbis imperii Germaniae*. 3 Tompl. 1685, 1706,
1739
19. *Mullerus*, Petrus: *De odio violentiae*
20. *Mullerus*, Petrus: *De laesione juris*. Ed. 2. 1703
21. *Mullerus*, Petrus: *De opiniis auxiliarsibus sive
fumis impuris*

12

C. 125

I
E
A

L

J

972.

C. D.

Dipcaur.

28

6-18
758

Graet.

ad General.

DE

LAESIQNE IVRIS,

Oder:

Bon Verlezung derer Rechte; In wel-
cheren Fällen solche / denen Rechten und der
Billigkeit nach / zugelassen sey?

1685, 20

PRAE SIDE

PETRO MULLERO, I. U. D.
PAND. PROF. ET COLL. IVRID. ASSESS.

AD. D. MAII. CLO IO CLXXXV.

DISPV TABIT

IOACHIMVS IACOBI,
STRELA SILESIUS.

EDITIO SECUNDA.

I E N AE,

SUMTV IO. BERNHARDI HELLERI.

CLO IO CC XXIII.

ALBANIUS

ALBANIUS

PETRO ALBERO IUD

TAIND MUSICAL INSTRUMENTS ASSORTED.

JOACHIMUS IVOCOR

STYLUS SUEVIAS

SCULPTORI ET PICTORI

ANNA

THEATRUM MUSICALIS INSTRUMENTARUM

10 OCTOBRIS

439

ZOVA ZUVA!

PRÆFAMEN.

PAradoxum fortassis videbor asserere, dum de jure, quod lædit, agere in animum induxerim; in primis cum *Neminem* ledere inter prima juris præcepta ponatur, & ubi jura nascuntur, ibi injurias nasci non præsumendum sit. Idecirco namque Legumlatores jura condiderunt, ut cuncti damnum, quod vita, fama, bonis impendet, averruncare, & si jam datum, actionibus & interdictis resarcire queant. Etenim si hæc securitatis munimenta deficerent, quæ, quæso, malevolis non aperta esset ad damnificandum occasio? Hisce tamen nonnunquam observatis minime, jura eo progrediuntur, ut non modo alterum lædere sinant, verum etiam ipsa lædant. Scilicet prohibitio alterum interficiendi in pleno vigore est, alterius bonis cum ejus detimento ditescere, variis sub poenis interdictum est; & tamen si in aggressorem incidam iniquum, qui vitam mihi eripere teneret, licite, quandoquidem nulla via aliter periculum hoc evadendi mihi relicta sit, occidere valeo; & bonis alienis in periculoso famis & mortis constituto certamine inhiare jus indulget. Id omne ductu necessitatis, quæ res intellectui humano

A 2

sup.

4.

suppeditat insuperabiles, ut nullum nobis remaneat consilium, quo aliis remediis jugum hoc abjicere valeamus. Hinc evenit, ut ea supra omne jus sit posita, omnibus actionibus formam ac modum praescribat, atque ex illicito licitum, ex impossibili possibile faciat. Quapropter cum jus certis decidendis casibus certam definierit sententiam, casum necessitatis semper excepsisse dicendum est, ut ita jus prohibens laesioem, ipsum deinceps laedat, mihiique etiam materiam de laesione juris suppeditarit. De qua nobili materia prolixa conscribi posset commentatio. Verum, quia more Academico Disputationem tantum compilare mecum decrevi, placuit saltem per theses aliquot exhibere, in quibus potissimum casibus laesio juris obtineat. Tu DEVS ter optime ter maxime, qui nullis juris laudentis constringeris vinculis, sed agis liberrime, fac, ut de laesione juris scripturus Divini Nominis tui gloriam me lauisse minime appareat. Sit itaque bono cum DEO.

CAPVT I.

Quid *laesio* juris significet.

SVMMARIA.

Th. I. Unde *laesio* datur. Sumitur eque in bonam ac in malam partem. II. Quid per jus intelligatur. Et quid sit *laesio* juris. III. Datur *laesio* juris, & quomodo hac phrasis sit accipienda.

Th. I.

440

Th. I.

5.

Hematis voces altius rimari nec libet, nec
prodest, quippe quæ per se notæ; & unde
laſio delcendat vel iſpis tyronibus Latinæ lin-
gvæ conſtat, quod laſio à ſupino laſum, hoc
à verbo laðo derivetur. Significat alias quamvis offenſio-
nem tam ex danno quam injuria ortam. *Vid. Calvin.*
Lexicon. hoc voc. Eſt autem hoc vocabulum ex numero
eorum, quæ in utramque & bonam & malam partem ac-
cipiuntur. Sic *Cicerro pro S. R. 37. ait:* Qui fidem laedit,
oppugnat omnium commune præſidium. & *pro Cecin.*
289. a. Non minus nos ſtultiſia illius ſublevat, quam la-
edit improbitas. Contra ſumitur pro laſione juſta, ſeu quæ
jure fit. Idem *ep. 6. a.* Quos tu rei publica cauſa laſeras,
pro Mur. 145. a. is injuſte neminem laſit. Mihi hoc loco
tantummodo erit laſio damnum abſque injuria datum
adeoque Synonymice etiam jactural. 2. *C. ne liceat potent.*
patroc. Dispendum l. 65. §. 6. ff. pr. ſoc. Incommodeum l.
10. d. *R. 7. dici potest.*

Th. II. Vox Juris an à voce Jusſum, an à Juſto ve-
niat, vid. Wilhelm. Grot. *de Princip. Jur. Nat. c. 1. n. 2.* Et
quot modis ſumatur Id. cit. loc. n. 3. Conf. inſuper Hahn.
ad Wefenb. t. d. J. & J. n. 14. Colleg. Argentorat. eod. n. 5.
Hac vice mihi erit juſ illud, quod juſtum eſt lege permi-
tente, ſiquidem & permiſſere virtus legis eſt, l. 7 ff. de legg.
Unde ſic deſcribo laſionem juris, quod ſit damnum diſpo-
nente & permiſſente lege alterius vita, fame & bonis licite
illatum.

Th. III. Et dari laſionem aliam, quæ juris, aliam

A 3

quæ

quæ facti dicitur, probatur vel ex unico §. 2. *Inst. de Lege Aquil.* ubi dicitur: *Injuria occidere intelligitur, qui nullo jure occidat.* Itaque qui latronem insidiatorem occiderit, non tenetur. Ergo, qui alterum injuria non potest occidere, eum, injuste si ab eo invadatur, jure occidit. Et si clatio physice considerata quoad corpus est vel maximum damnum; non vero moraliter seu lege prohibente, damnum enim non sentit, qui illud sua culpa sentit. In aliis materiis eadem significatio obinet. Quemadmodum depositum juris dicitur, quod jure permittente fit & dissolvit obligationem; depositum vero facti, quod simpliciter alias dicitur contractus ille realis, inducit ac constringit obligationem, vid. D. Lauterbach. *diff. de deposito juris* tb. 1. Sic etiam dicitur laesio juris, ad discernendam laesionem quæ facti est, & si in genere ponitur laesio, intelligitur omnino quæ facti culpabilis & injusta est; Quæ autem juris est, accipitur ea, quæ quidem denotat damnum, sed extra penam illud inferentis. Sicuti ipsum damnum, quod nihil aliud est, quam laesio, recte dividitur in illud quod vel justum vel injustum, vid. *Magnific. Dn. Struvius in Diff. de dannis* tb. 16. Ut proinde recte laesio juris sit expposita Dn. D. Frommann. in *Diff. d. bis, quireipubl. cauf. absunt* tb. 25. ubi ait: *Hujus itaque restitutionis causa est laesio, & quidem juris l. i. §. 1. ff. ex quib. cauf. maj. non fa-cti l. ult. C. eod.* quæ contingit, si quis jus acquisitum amiserit per usucacionem, præscriptionem: cuius cursum non sicut impedimentum facti l. 18. *C. de postl. rev.* neque juris, extrinsecus adveniens, ut feriat l. 26. §. 4. 7. ff. ex quib. cauf. maj. Videbimus ergo, quibus in casibus laesio juris præcipue contingat.

CAPUT

441

7.
CAPUT II.
De Læsione juris
circa
Tutelam Sui.

SVMMARIA.

- I. Quoties duo juris nature præcepta in casu aliquo concurrunt, quorum utrumque servari nequit, toties standum est fortiori. II. Ut invasorem ledere liceat, observanda est legitima causa, modus & tempus. III. & IV. Jus omnibus permitit lesionem, contra omnes, qui injuste nobis vim inferunt. V. Furiosum, ebrium &c. juste ledere licet. VI. Num quoque jure ledimus, qui quidem non nos, sed amicum nostrum adoritur. VII. Quandoque insontem ledere licet. VIII. Etiam si Princeps injuste alterum adoratur, non tamen potest ipsi resisti. IX. Parentibus resisti potest, si liberis usuram vitae eripere velint. X. Vassallo jure licet feudi dominum occidere, si hic quid in vasallum innocue viventem tentet. XI. Provocatus in duello provocansem non jure ledit. XII. Ob pudicitiam attentatam licet alterum ledere. XIII. An fama armis protegenda? XIV. Num ob bona rapta liceat alterum cum internecione ledere?

Defensio

Defensio

Th. I.

Commune Dd. assertum est: Quoties duo juris Naturæ præcepta in casu aliquo concurrunt, quorum utrumque servari nequit, toties standum est fortiori.
Dantur

Dantur etenim gradus præceptorum Juris Naturæ non quidem absolute ita dicti (ut DEVM esse colendum) sed illius, quod regulariter sit, quale est axioma de altero non lœdendo. Cum itaque hoc cum præcepto de conservatione sui ipsius videatur pugnare, si salus nostra ab alio in periculum conjiciatur, fortius erit decretum Juris Naturæ de studio semet ipsum conservandi, quippe ex ordinata charitate dependens arg. c. 9. c. 23. q. 5. & l. 6. C. d. servit. Et aq. alterumque præceptum de non lœdendo, quandoquidem aliter invadens averti nequeat, nisi ipsum lœden-
do occidendo, in hoc vitabatur. Non enim jus quem-
que sibi commendat ex injustitia aut peccato alterius, unde periculum est, de quo Grotius l. 2. d. J. B. & P. c. 1. th. 3. Et videtur ipsum Jus Naturæ excipere eam lœsionem, quaæ fit defensionis gratia in continent, adhibito rationis mo-
deramine; quemadmodum docet Fernand. Vasquius l. 1.
Illusfr. Quest. c. 12. n. 3. De quo moderamine cum certa
requisita veniant notanda, ea subjiciemus.

Th. II. Hæc autem, ut jus invasorem lœdi permit-
tat, consistunt secundum comm. Interpp. opinionem (1)
in legitima causa (2) modo legitimo & (3) in justo tempo-
re. Primum quod attinet requisitum, necesse est, offen-
sio fuerit injusta, ex qua insultato periculum vitæ immine-
at, & hoc periculum aliter evitari nequeat, l. 45. §. qui cum
aliter 4. ff. ad L. Aquil. l. is qui 2. cum seq. C. ad L. Cornel. d.
Sicar. & Nemej. Carolina art. 140. non tamen primum
ictum quis tenetur expectare, si ex eo irreparabile damnum
oriri possit, e. g. si scelopeto quis minetur, Magnif. Dn. D.
Stryke nuper præceptor meus summe colendus in Annotat. ad
Instit. d. L. Aquil. ad §. 2. Offensionem in hoc primo re-
quisito

quisito requiro injustam; etenim ubi vis atque offensio
licita, ibi læsio est illicita: Ideoque apparitoribus à Magi-
stratu missis delinquens resistere jure nequit, *I. 6. C. d. E-*
piscop. audient. c. qui ressift 29. c. 11. q. 3. Talem namque
potestatem à lege concessam habet Magistratus, neminiisque
injuriam inferre præsumitur *I. 13. §. 1. & 6. ff. d. injur.* Sic au-
tor rixa in eadem rixa & vitæ discriminē constitutus alle-
gare beneficium necessariæ defensionis nequit; lex enim
non præsumit in vitæ discriminē illum fuisse, qui culpa sua
se periculo vitæ exposuit causamque calamitati præbent
I. Item Mela. ff. ad L. Aquil. ibi: ipsum de se queri debere.
Gail. I. 1. d. Pac. publ. c. 16. n. 17. Secundo loco oportet im-
mineat vitæ periculum *Constit. Crimin. 140. verb. der mag*
sein Leib und Leben. Tertio loco dixi, ut periculum a-
liter evitari nequeat. Unde trita quæstio occurrit; an
quis fugere teneatur? Si periculum hoc evadere potest,
obligatum ipsum ad fugam omnino esse putamus. vid.
Bachov. ad Treutl. Disp. 18. tb. 7. lit. f. Distinctiōnes alias fu-
gientium & an quis Perusinus an Florentinus, quod hic
teneatur fugere, ille vero minime recenset *D. Schrūter in*
Fascicul. Cas. c. 64. add. Dn. Præles in dissertat. d. Fuga §.
81. & seqq. De Modo, quo adhibito quis invadentem læ-
dere queat, hoc statuunt Dd. quod defensio proporiōne
quadam offensioni respondere debeat, ita tamen ut armo-
rum æqualitas non ita præcise requiratur I. ut vim 3. ff. d.
J. & J. & I. 3. C. ad L. Cornel. de sciar. Qui textus nullius
paritatis armorum mentionem injiciunt, sed in genere
permittunt, ut qui in vitæ periculo sunt constituti, adver-
sus vim & injuriam se defendant, *I. si ex plagiis 52. §. 1. ff. ad*
L. Aquil. Tempus quoque magnum in latrone, qua jure

permittente sit constituit momentum, & illud est, quod dicitur, in continentia fieri, auf freischer That l. 3. §. 9. d. vi & vi armat. *Dambouderus Practic. Crimin. c. 76. n. 11.*

Th. III. Ipsa læsione juris considerata, nunc ad personas descendendum, quibus licet alterum sui tuendi causa lädere. Scilicet cum defensio sit de genere permissionis, ex Jure Naturæ Clem. Pastoralis prop. fin. d. Sentent. & re judic. unusquisque potestatem hanc alterum lädendi habet, nisi in specie prohibitus, Læsionem autem hanc omnes exercere possunt, quibus injuste impendet periculum, nullo respectu habito ad ætatem, conditionem aut sexum l. 3. ff. d. I. & I. verb. *Quisque.* Vox enim haec omnes denotat, l. 29. ff. d. hered. instit. l. 3. C. d. Jur. Codic. l. 3. l. 103. l. 123. ff. d. legat. 1. Ultita infans, puer, adolescentis, vir, senex, Studiosus, Doctor, Apostolus, Presbyter, Monachus, rusticus &c. it. foemina violentam offenditionem recte propulsare possint. *Conf. Obrecht. d. Necessar. Defensione c. 5. n. 9. & 10.*

Th. IV. Jura vero læsionem permittunt contra omnes, qui injuste nobis vim inferunt, posthabita itidem ætatis, conditionis, sexusve differentia, l. is qui aggressorem 2. ibi. *Quemcunque C. ad L. Cornel. d. Sicar. l. 5. in pr. ibi Quemcunque ff. ad L. Aquil.* Ubique enim vis ibi propulsioni locus est Petr. Binsfeld. tract. d. injur. & damn. dat. c. 1. q. 5. Concl. 6. Attamen cum hinc inde non parum de quibusdam personis ambigatur, speciatim de iis agendum erit.

Th. V. Et quidem, si cum furioso, mente capto, noctambulo aut ebrio me invadente mihi negotium vita esset, num ita disponente jure, obstrictus sim, me potius ladi, quam ut eos lädam & interficiam? Pro furioso & cæteris,

443

II.

teris, qui huic comparantur, faceret, quod in eo non sit dolor, qui mente & sensu caret, satisque furore suo puniatur. *I. Divus Marcus 14. ff. d. Off. Presid.* imo, quod in omnibus pro absente, ignorante habeatur, eumque fati infelicitas excusat, *& I. infans & I. qui ad certum locum ff. locat.* Quia tamen ratio *d. I. 3. ff. d. J. & J. verb.* quod quisque ob tutelam corporis sui. & que contra eum, qui absque proposito, ac qui cum proposito nos aggreditur, militat, sic sola vis respectu defensionis sufficit, jureque talen*m* insulatorem laedimus, *Henr. Bocerus L. 2. d. Duell. c. 10. n. 17.*

Th. VI. Qui amicum nostrum adoritur, hicque armis ad resistendum non probe instructus nos ad opem ferendam clamat, eritne amicitia tanta, ut ejus aggressorem jure permittente laadam eumque tandem, si non desistat, interficiam? Quod affirmatur; Proximum etenim sicut me ipsum diligere jubeor *Lev. 19. v. 18. Matth. 21. v. 39.* At qui nos ipsos contra alios defendere tenemur ex implantata illa ratione conservationis sui ipsius. Igitur & amicum, qui noster proximus audit. Exemplo est Moses occidens Aegyptium indigne tractantem Hebraeum *Exod. 2. v. 12.* Quod exemplum *Act. 7. v. 22.* Spiritus S. agnoscit justum fuisse. Ergo imitandum. Factum enim heroicum nunquam est injustum, & potest semper prolege adiudi *Besold. in Opuscul. Juridic. P. 3. adl. 3. tit. 1. l. 1. ff. n. 16.* pag. 65. Deinde, quia cognationem inter homines constituit natura, homo hominem beneficio debet afficere, *I. 7. m. f. ff. d. serv. export.* Hic enim qui alium non protegit, cum potest, facienti assimilandus est *arg. I. 6. §. 8. ff. d. re milit.* Et licet principaliter aggressor offendat adversarium, nihilominus tamen etiam offendit Remp. dam eam

B 2

inten-

intendit privare bono cive. Non tamen id simpliciter procedere potest; Defensio siquidem si cum periculo propriæ vitæ suscipienda, tunc non arbitror obligatum esse amicum ad supprias. Idque ex amore proprio, quem sibi magis quam alteri debet arg. l. 6. C. d. servit. & ag. Qui enim se plus altero diligit, dolo facere non videtur *Crawetta Conf. 8. n. 18.* Aitque *Baldus Consil. 412. n. 5. l. 4.* hoc in tantum verum esse, ut quis ex ordinaria charitate magis se amet in ungue pedis, quam alterum in vertice capitatis. Quo collimat Seneca: *Dabo egeni, inquit, sed ut ipse non egeam, succurras perituro, sed ut ipse non peream.* Quapropter periculo præsenti se exponere nemo cogitur, nec suam salutem alienæ postponere. Tantum enim quis alteri præstare tenetur, quod sibi non nocet, & alteri prodest, l. 2. §. 5. vers. *Quanquam ff. d. aqu. & ag. pluv. ar- cend. Conf. Philipp. Matthei ad L. Culpa 50. n. 10. ff. d. R. J. ubi n. 13.* ait: *Quod Baldus dissentientis Bartoli sententiā usque adeo improbat, ut eum propterea in inferno cruciari scribat.*

Th. VII. Insontem interficere poena mortis comittatur l. 3. §. 1. ff. ad L. Cornel. d. Sicar. nec differentia inter Nobilem & plebejum constitui potest, determinata certa à lege poena Petr. à Placa. d. Delict. c. 1. n. 23. Quid si tamen Cajus gladio invaderet me, postmodum autem cum resistere i. si amplius non possem, fuga salutem quererem & inter fugiendum in vetulam claudicantem & sic tam citio cedere non valentem inciderem; ego vero, quoniam alia evadendi via non prostat, istam miseram è medio tollerem mulierculam, quo à percussore meo me liberem, sic queritur num permittente jure hoc factum, & occisio inter-

13.

444

interpositæ vetulæ impunis? Et puto, quod sic. Non ex ea ratione, ac si foeminae non essent homines, de quo loqui putant *I. 38. §. Qui abortionis, ibi: mulier aut homo.*
ff. d pan. Mulier enim & homo hic se non habent oppositive, sed relative; *Conf. Coppen in Us. Pract. L. 1. O. 23. & Gæddeum d. V. S. ad L. 1. n. 31. seqq.* Sed quod invasus jus habeat se defendendi, quod interpositio innocentis ipsi obstatculo suo auferre nequit, quamvis illo invito factum sit, *Diana Tom. 8. Tract. 5. Resol. 18. n. 5.* Vita enim periculum modo quocunque evitasse gaudet magno favore, ac vix ullus datur, qui tam subito affectum deponere possit; Atcum tamen hunc absque peccato non esse, quin potius debuisset mortem pati, in quo non peccasset, quam innocentem mortem inferre docet *Dn. Preses in Diff. d. Philautia c. 2. tb. 14.*

Th. IIX. Quæ ratione in personis læsio juris obtineat, quæ etiam absque dolo nobis viræque nostræ obstatculo sunt, aliquot exemplis probatum dedimus: nunc de iis, qui directe & ex proæredi nostrum intendunt intentum, aliquid proferendum erit. Sistit autem se primo loco *Princeps*, de quo queritur, num istum lædere justum sit, ut si innocentem armis aggrediatur, hic vero alio modo, nisi Principem enecando, vitæ suæ consulere non possit, ipseque sit integrum vitam adimere Principi? Si id quod naturaliter justum est aspicimus, dicendum foret, impune Principi resisti posse, quoniam omnes ad arcendam à se injuriam jus habent docente *Grotio d. J. B. & P. L. 1. c. 4. S. 4.* Et eum, qui vitam suam non defendit in extrema necessitate constitutus, mortaliter peccare deducit *Magnif. Dn. Struv. in Tr. d. vindict. privat. c. 4. §. 1.* Quia tamen concurrentibus duobus præceptis Juris Naturæ sibi invicem contrariis, ut *ibid. 1. di-*

B 3

Etum,

etum, superius semper absorbet minus, omnino firmiter statuendum Principem nequaquam ab invaso subditu posse interfici. Principis enim salus est Reip. salus l. 3. ff. d. Offic. Pref. Virgil. cui privatus vitam suam praeferre nequit, sed potius illam promovere sua vita & morte tenetur tam in foro Civili per l. 3. §. f. ff. d. pecul. quam in foro Conscientiae, Job. Valerus d. Different. utriusque foris sub vocce Accusatio. n. 2. Et si Tyranno grassanti in totius patriæ viscera opponere vim subditis non est concessum. Ergo nec uni illorum id licebit defendenda vitæ causa, D. Stryk. in Disp. d. Jur. homin. in seip. c. 3. n. 13. Media autem, quæ alias in hoc casu suppeditare solent ad hoc infortunium evitandum sunt hæc: Primo Preces; Deinde supplications; denique fuga; remque Deo ut periclitans commitat, qui actus imperantium sibi soli peculiariter reservavit judicandos; Carpz. ad L. Reg. c. 18. Sect. 2. Insuper conferatur Grot. L. i. c. 4. §. 7. n. 4. & 6. ibique Commentat. Dn. Ziegler, Job. à Felde, & Henninges. Ludovic. Molina Tom. 4. Tr. 3. Disp. 13. Concl. 2. Diana Tom. 8. Tr. 5. Resol. 17. n. 2. p. 100. Loffius d. J. & J. L. 2. c. 9. Dubit. 8. n. 42. p. 76. Dn. Preses in Disp. d. excellentia Personæ c. 2. tb. 2.

Th. IX. Quid, si parentes non optimum, uti l. 22. §. 3. ff. ad L. Jul. d. adult. præsumitur, sed pessimum consilium pro liberis sumerent, eosque vellent trucidare, justene læderentur, si hi istis resisterent tandemque eis vitam eriperent? Et non parva eorum potestas est in liberos, quales ad sui conservationem urgente duro necessitatite telo vendere queunt l. 2. C. d. patrib. qui fil. suos disfrax. Imo olim jus vitæ ac necis ipsis competitissime in eos docet l. ii. ff. d. liber. & postb. l. 6. C. d. patr. potest. Ut taceant ad corum

eorum reverentiam & cultum semper obligatos esse libe-
ros l. 3. & l. 4. 5. C. d. t. Hinc adhuc hodie eos punire eos-
que Magistratui Parentes offerre queunt dicturo senten-
tiam, quam ipsimet volunt d. l. 3. C. d. P. P. Verum enim
vero haec eo extendi non possunt, ut in nullius offendio-
nis sibi concium filium pater irruens juste ipsi usuram vi-
ta auferre queat, quo non juste se defendat contra patrem.
Patria namque potestas non in atrocitate, sed pietate con-
sistere debet h. *Divus Hadrianus ff. ad L. Pompej. d. Parricid.*
Et pater tali modo iniquus contra filium existens, non pa-
ter, sed latro est, *Finckelthaus d. Jur. Sepult. Concl. 13. lit. C.*
In primis si ad patriam delendam veniat, cui non tantum
impune filius inferre potest mortem, sed insuper ob occi-
sum præmio afficietur per text. notabil. l. 35 ff. d. religios. &
sumtib. funer.

Th. X. Inter Dominum feudi & Vasallum mutua
requiritur fidelitas 2. F. 6. in fin. Hinc frangenti fidem fides
frangatur eidem, *Cujacius in c. pervenit 3. d. Jurejur. per*
text. l. 21. §. 1. ff. d. in officios. testam. Quod ad casum deci-
dendum conductit, si Dominus feudi quid in Vasallum in-
nocue viventem tentaret, tunc omnino ad internectionem
usque ipsum lädere jura permittunt, nec propterea feu-
dum amittit *Schrader. d. Feud. P. 9. c. 8. n. 55.* Est enim de-
fensio sui omni jure licita adeoque nullam pœnam incur-
rere potest, qui ea utitur l. 3. ff. d. I. & I. Et semper in
culpa positus, qui invadit, adeoque à se ipso occisus dici-
tur *arg. l. 52. §. 1. ad L. Aquil.* Quæ quoque eo trahenda,
si in praetorio constituto Domino auxilium ferret Vasallus
& in eum cum Domino incidet casum, quo Vasalli &
Domini vita simul servari nequirit, propriam saluti De-
mini

mini praeferre tenetur *Andreas Kohl d. Feudis P. 4. n. 21. f. e. g. Vasallus etenim Domino pro re feudali tantum est obligatus, nec presumendum est pro re tantvis pretii vitam rem inestimabilem ipsum obligare voluisse; Nam quæ verisimiliter quis non fuisset promissurus, illa in generali obligatione non continentur c. 81. d. R. J. in 6. Deinde quemadmodum Libertus Patroni salutem suæ praeferre non cogitur; ita nec Vasallus, argumento à liberto ad Vasallum in jure procedente *Everb. Top. Legal. l. 25. De quibus confer Kohl cit. loc. n. 24. f. e. g.**

Th. XI. Cum idcirco judiciorum vigor jurisque publici tutela videatur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem *I. nullus 14. C. d. Judicis & Cœlicol.* nihilominus tamen à Dd. quaestio moveri solet: Si provocatus provocantem in duello interficeret, num provocatus ad evitandam homicidii poenam aliquod patrocinium in laesione juris haberet? Quanquam eam rem consuetudo fere impunem videatur promittere: quia vero pravis consuetudinibus eam annumerat *Pontifex in e. 2. X. d. Cleric. pugnant. in duell. sequitur, ejusmodi præxin non attendendari esse, sed rejiciendam per c. Cum venerabilis 7. X. d. Consuetud. Ungepauer ad X. d. t. d. Cl. pugn. Unde si clericus, licet nullius mors secuta, interfuerit duello, deponendus est ex mente Juris Can. c. 1. X. b. t. Sed cheu! exclamat *B. Brunnemann. in jure Ecclesiast. l. 2. c. 18. §. 23.* male id apud nos non observatur. Quoties Candidati Theologiae & Sacri Ministerii in Academias nostris duellis intersunt, congreguntur, qui ex Academias ad Ecclesias vocantur. Sed haec una ex corruptelis est, quod irregulares praeficiantur Ecclesiis. Hinc tempora sequun-*

446?

17.

Sequuntur plane irregularia & mores pessimi. Haec religiosus JCtus Brunnemann. Quicquid hujus sit, ad quæstiōnem formatam respondeo omnino affirmative, & tantummodo extraordinarie provocatum occisorem puniendum ex comm. Dd. opinione statuo. Nam in provocato dolos & animus occidendi non præsumitur, sed defensio-
nis necessitas c. i. §. si quis hominem d. Pac. tenend. in usib.
feud. cum iracundia calorem comprimere difficultimum
sit, 38. §. l. 8. ff. ad L. Jul. d. adult. inconsultusque calor dolo
careat, l. i. §. 5 ff. ad SC. Turpiss. nec ira incensus possit ha-
bere stateram in manu, ut possit dare iactus & vulnera ad
mensuram, quemadmodum loquitur Baldus in l. ut vim. 3. ff.
d. I. & I. Deinde, quia justus dolor factum relevat l. 4. C. ad
L. Jul. d. adult. mitius puniendum erit hoc homicidium.
Sicuti relegationem vel similem poenam saltem statuit
Constit. Electoral. P. 4. C. 10. Coeterum erroneam irratio-
nablem & impiam illorum opinionem esse, qui existu-
mant, duellum detrectantem pro infami habendum, & à
consortio quoque aut mensis aut computationibus, arce-
sendum esse docet Dn. Preses in Disp. d. Calore Juvenili Secl.
5. th. 12. D. Job. Philippi in usu practic. Instit. lib. 4. eclog. 14.

Th. XII. Pudicitia implet Paradisum c. 12. c. 32. q. 1.
& si semel amissa restitui nequit l. unic. in pr. C. d. rapt. vir-
gin. Habet enim hoc donum se sicut sericum, quod cum
semel in lutum cadit, nunquam perfecte abluitur, quin
semper macula appareat Kornmann. d. Virginitat. jur. ac
flat. c. 29. Quæritur proinde, si pudicitia periculum à stu-
pratore violento immineat, num ita jura invasorem lade-
re permittant, ut salva conscientia ab invasa possit interfici?
De quo D. Hadrianus rescriptis, eum, qui stuprum sibi vel

C

suis

suis per vim inferentem occidit, dimittendum l. i. §. 4. ad
L. Cornel. d. Sicar. Quemadmodum enim uti Seneca l. i.
d. Benefic. c. ii. inquit: Proxima ab his sunt, sine quibus
 possimus quidem vivere, sed ut mors potior sit tanquam
 libertas, pudicitia & mens bona; & Molina d. I. & I. Tom.
 4. Tr. 3. Diff. 17. n. 10. hanc rationem reddit: Virginem
 quippe exponi gravissimo periculo consentiendi in alienum
 delictum; ita nihil vetat, quo minus pudicitia cum
 internecione alterius juste defendi queat; vid. insuper
 l. 54. C. d. Episcop. & Cler. l. 8. in fin. ff. Quod met. cat. Ne-
 mcs. Carolin. art. 139. ibi: zu Rettung seines Lebens art.
 140. ibi: Oder Rettung seines Leibes / Lebens/ Add.
 art. 119. ibi: Und sich die Frau oder Jungfrau sein
 erwehret. Peccare etiam foeminam, si stuprum violen-
 tum, non nisi occidendo avertere possit, si non occidat,
 cum videatur in stuprum consensile existimat. D. Struve
 in Tr. d. Vind. privat. c. 5. n. 3.

Th. XIII. Quid laesio juris circa vitam possit, pau-
 cis lustravimus. Reftat agamus de defensione famæ &
 honorum. De fama non inutilis quæstio est, an illa ar-
 mis protegenda, ut injurias evomens eam ob causam ab
 injuriato juste laedi & interfici queat? Multa passim inve-
 niuntur, quibus internecio ob famam facta excusanda: in-
 primis quod crudelis sit, qui famam neglitit c. Non sunt
 audiendi c. II. q. 3. quod fama hominis sit inestimabilis l. se
 in duabus ff. d. R. J. quod omni commodo pecuniario
 præferenda l. Julianus ff. si quis omis. cauf. testam. ejusque
 jactura gravior amissione oculorum, l. 8. C. d. Decurionib.
 Imo quod vita & fama pari passu ambulent, l. 9. ff. de Ma-
 numis. l. 8. §. 2. ff. Quod metus cauf. Verum hæc uti tantum-
 modo

modo studium conservandæ famæ; non autem statim potestatem alterum interficiendi innuunt; ita in primis ultimum, quod vita & fama pari passu ambulent, nihil contribuit. Quippe vita & fama comparantur invicem solummodo quoad necessitatem, non quoad modum defendendi, *Molina d. I. & I. Tom. 5. Disp. 97. n. 2.* Seu, vita civilis & fama pari passu ambulant, non naturalis, uti habet *Excellentiss. D. Beermann. in suis Lineis Moralibus c. ult. tb. 2.* Occasione quorum putamus famam armis defendendam non esse. Nam nemo cædem perpetrare potest, qui se aliter tueri potest, §. *Injuria autem Inst. ad L. Aquil.* Jam vero infamatus per remedia juris famæ restitutionem obtinet *L. 13. §. 3. ff. d. usufr. D. Struve Tr. d. vindict. privat. cit. loc.* Deinde ut relinquatur armis locus, necesse est, vim esse illatam corpori, *L. 3. ff. d. I. & I. l. 4. & 5. in pr. ff. ad L. Aquil.* Eiusmodi autem vis injuriato non infertur *Everb. Brönchorß. Cent. 4. Everrio Pav. aff. 82.* Et sic quoque non poterit armis repelliri *Injuria Harpprecht in Comm. ad Inst. §. Hac actio 12. de injur. n. 186. cum seqq.* Quod si tamen quis atrocissima verbali *Injuria affectus ad violentam defensionem confogeret & forte occideret injuriantem non poena ordinaria, sed extra ordinem puniendum censem* *Andr. Tiraquell. in Tr. d. Pœnis Caus. I. n. 12. Bocer. d. Duellis l. 2. c. 8. n. 19.*

Th. XIV. Famam non defendendam esse armis disimus; an ob bona raptæ jura permittant, ut raptor possit interfici, nunc videndum. In varias hic abeunt partes Dd. Quidam affirmativam simpliciter statuunt, uti *Grot. I. 2. c. 1. §. II.* Quidam inter rem pretiosam & necessariam rapieudam, & rem raptam à fure vel raptore vindicandam

C 2

& re-

& repetendam distingunt, de quo vid. Carpe. Prax. Criminal. P. 1. q. 32. n. 17. Alii hanc distinctionem rejiciunt & negativam tuerent sententiam, quibus & ego facile subscribo. Omnia etenim jura, quæ permittunt vim vi repellere & invasorem occidere, de vita & corporis, non autem rerum defensione loquuntur, l. 5. in pr. ibi si metu quis mortis ff. ad L. Aquil. l. 4. ibi inferenda cedis C. ad L. Cornel. d. Sicar. c. 2. ibi. Te tuaque liberando X. d. Homicid. Ubi enim lex non loquitur, ibi nec nos loqui debemus per. N. 18. c. 5. in pr. Porro res semel amissa interdictis, & actionibus nonnunquam recuperari ac repeti possunt; vita vero hominis si semel amissa, nunquam. Ut proinde durum esset, idem statuere de defensione bonorum, quod de defensione vita hominis sanctum. Adhæc vita hominis quibusunque rebus & pretiosissimis præferenda l. 44. in pr. ff. d. Adilit. Edict. Res namque non per se, sed hominum gratia sunt comparatae, arg. l. 28. inf. ff. d. usur. Excipitur tamen casus, quo invasor bonorum etiam aggressor sit corporis, & me & bona mea jure defendantem invadit, cum primis si armis instructus sit raptor l. 3. §. 9. ff. d. vi & vi armat. Perez. ad C. ad L. Jul. d. sicar. n. 42. vel minas saltim effundat, l. 1. C. Quand. lic. unicuique. tunc ipsum jure interficere potero per l. 9. ff. ad L. Cornel. d. sicar. l. 4. §. 10. l. 5. pr. ff. ad L. Aquil. Obrecht. d. N. D. c. 8. n. 25. cum seqq. Ex quibus inferunt Dd. non licere furem vel raptorem equo proprio vel tibi surrepto insidentem & cum rebus tuis aufugientem, si aliter eum assequi resque tuas recuperare nequeas, sagittæ aut bombardæ iactu prosternere, cum in fugiente voluntas inferenda cedis non sit, sed potius fuga saletum sibi quarat, Obrecht. d. Tr. & e. n. 12. & seqq.
Harp-

Harpprecht. Tr. Criminal. §. Item L. Cornelia d. Sicar. 5.
Inst. d. publ. jud. n. 182.

CAPUT III.

De Læsione juris

circa

Res alienas.

SUMMARIA.

- I. Jure leduntur *subditorum bona*; si à Principe ipsis auferuntur. Et quidem II. Tempore belli, quando prædia & suburbia diruuntur, III. Tempore pestis, cum res peſte infecte comburuntur. IV. Res Sacrae & Ecclesiastice leduntur, cum ad profanos usus adhibentur. V. Leduntur aedes vicini, quando tempore *incendi* deſtruuntur. VI. In caſu necessitatis leduntur res alienæ, quando *lire furtum in iis fieri permittitur*.

Th. I.

Alterius bona occupare Jura nunquam permittunt, ita ut nec Princeps jus quæſitum alteri auferre possit t. 4. C. d. Emancip. liber. De qua materia etiam integrer exſtat Tract. Petri Antonii de Petra de Jure quæſito per Principem non tollendo. Cum vero nonnunquam Rempubl. premat neceſſitas, quam avertere nequit, niſi Princeps hoc remedio utatur, jura, quamvis tali caſu lədant, potestatem hæcce auferendi Principi concedunt. Jason, in
C 3
L. Bar-

*L. Barbarius n. 24. seqq. ff. d. Off. Prætor. Panormitan. inv.
Noſtra n. 5. d. Injuriis.* Si enim Singulorum egestati ac de-
fectibus Princeps aliter consulere nequit, quam singulis
eorum rebus se ingerendo, quid vetat, quo minus relictam
ipsis facultatem disponendi suam faciat *D. Beccmann. in Medi-
ditat. Polit. c. 21. tb. 4.* Nam quemadmodum qui semel
navim & mare ingressi in arbitrio ventorum sunt, nec re-
deunt ad terram cum volunt, & si terram maxime spe-
ctant, tetrahit aliquis æstus; sic qui semel vitam socialem,
popularem ac politicam elegerunt, huic legi se submisso
censendi sunt, quod publicam utilitatem suis privatis com-
modis anteponere, & quod inde sequitur, poscente Reip.
necessitate ac utilitate res suas ei cedere atque conferre
velint; nec poterunt in ejusmodi difficultatibus à Reip.
discedere aut se eximere *Anton. Faber. part. 2. Rational. in
l. 13. §. 1. commun. præd.* Necesitas vero non communis,
quam alias opportunam appellant, de qua & aliis neces-
sitatum speciebus vid. cit. *D. Beccmann. in Lineis Moralibus
c. 9. n. 10.* sed extrema, vel irrecuperabilis, quæ aliter ha-
beri non possit, immineat utilitas. *Id. Polit. Parallel. c. 21.
tb. 3.* Eo scilicet nullo tempore deveniendum, nisi cætera
desint omnia, ac ne desint prudentis est Principis ante pro-
videre, *Joh. Bodinus d. Rep. l. 6. c. 2.* ne publica salus sche-
matis & prætextus causa tantum inferatur. Præclare hanc
in rem *Udalricus Zafius Tom. 6. L. 2. Conf. 10. n. 10.* Scio, in-
quit, boni Principis potestatem ad tutelam subditorum ad
iustitiam adserendam esse amplissimam; cœterum ut in-
juria subditis fiat, illic Principis potestatem non agnosco,
sed tyranni. Id enim dicimus posse, quod honeste pos-
sumus c. fin. d. *Rescript. in 6.* Nam, quæ laddunt pietatem,
existi-

existimationem, verecundiam nostram & generaliter, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est elegant. text. l. filius 15. ff. d. condit. institut. vid. Gail. l. 2. Obs. 56. n. 9. 10. & D. Struve in Diff. d. Facultat. utend. rebus alien. in cas. necessit. th. 7. Atque ita peccavit Achabus Nabotho vineam eripiens, quia extra usum publicum aetus iste suscipiebatur. Et contra ap. Jul. Cesarem de Bello Gallio. l. 7. recte Vercingeterix dicitur suos Gallos jussisse publicæ utilitatis causa propria frumenta corrumpere & ædificia incendere, quo ista rei familiaris jactura perpetuum imperium libertatemque consequi possent, vid. D. Beermann. Polit. Parallel. c. 21. n. 8.

Th. II. Ex qua lassione juris fluit, quod ædificia parapetalia s. operibus publicis affixa, idem prædia & suburia, si ex his insidiae hostiles civitati immincent, dirui atque prostrerni queant. Franzk. l. 2. Var. Resolut. 7. n. 44. Et uti Dn. Brunemann. in Comment. Cod. ad L. Ædificia 14. C. d. operib. publ. deducit, potest & Præfectus urbi s. gubernator civitatis ex præsumto vel expresso Principis consensu pro extruendo propugnaculo, pro ampliandis fossis ædificia subditorum destruere & hortos in publicos usus transferre. Quo casu putarem æquum esse, & quidem, cum demolitio facta ad conservandas res aliorum, fieret pro hoc damno damnificatis satis ab illis, qui servati sunt arg. 6. 1. 2. pr. ff. ad L. Rhod. d. Jæst. Grotius d. I. B. & P. c. 14. th. 7. & Dn. Ziegler. ad eundem D. Stryke de Jar. Sens. Diff. 5. c. 2. n. 25. Sicut enim æquum est, dominos rerum, quarum jactu navis levata est, partem ab aliis recuperare, quorum res jactu sunt servatae; ita qui onere civibus omnibus debito sunt onerati, merito sublevantur à reliquis, quos in

in societatem, ut effectus fructusque, ita oneris ratio civili ordinis vocat. Atque hæc compensatio instituenda usque ad partem, quam pro virili in publicum nomen contribuere debebat, qui rotum onus sustinuit, vid. D. Preses Diff. d. evitatio. major. mali sect. 1. th. 5. Conringius d. Finib. Imperii. c. 19. magis in præmium, quam ex debito fieri compensationem statuit. Conf. quoque Gail. l. 2. Obj. 56. n. 13. qui putat, compensationem locum sibi vindicare nullum, addita ratione, quod potentior graviorque sit causa utilitatis publicæ, quam privatæ. Verum cum nihil aliud exinde colligatur, quam hoc: Principem ex causis utilitatis publicæ vel necessitatis jus, aut rem alterius auferre posse, ex eo autem non statim sequitur, id, quod aufertur, compensandum non esse, de quo vid. D. Struv. in Diff. d. Facult. ut reb. al. th. 23.

Th. III. Tempore pestis quidem omnis læsio exulare deberet, quoniam afflictio addenda afflictio non est, l. 4. §. cum autem ff. ad L. Rhod. d. iact. l. 14. pr. ff. d. Off. Presid. Pestis tamen non raro serpit latius totamque civitatem vel pagum inficit; hinc melius est læsione quædam in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere l. unic. C. Quib. lic. unic. se vindic. Læsio vero hæc potissimum partem consistit in comburenda domo peste infecta cum omnibus rebus, quæ in villa domo reperiuntur, si purgari nequeant, H. Latherus de Censu. l. c. 17. n. 10. Carpz. ad L. Reg. c. 7. sect. 2. Superioris nimirum officio incumbit, ne quis sibi mortem consilcat l. 1. & per tot. d. bis qui sib. mort. consciu. & quilibet potest compelli tenere aquam pro extinguendo igne l. Nam salutem §. fin. ff. d. Offic. Pref. vigil. Ergo multo magis

gis pro igne pestifero depellendo cogi poterit, sordida bona lavare & impurgabilia comburere, quo argumento uti Ripan. d. Pestis d. remed. ad curand. pest. fol. n. n. 51. testatur D. Praes in Diff. d. evitat. major. mal. tb. 9. ubi notabile exemplum ex Wurffbainio d. Numer. Septenar. adducit, daß eines mahls wegen eines einigen Polster-Bettes/ so man hinten an einen Ort des Häuses geworfen / und nach Verstüffung 7. Jahr wieder unvorsichtig gerühret und geschüttelt/ eine grausame Pest erreget worden. Nihil in contrarium facit, quod nem. dominio suo sit privandus l. si privatus 17. ff. 2. & quib. manumiss. nemini jus suum detrahendum, §. ult. I. d. his, qui sui vel alien. jur. Quæ talia non attenduntur, salute Reip. quæ suprema lex est, aliud exigente, l. quod semel 5. ff. d. decret. ab ordin. faciend. Latherus cit. loc. c. 3. n. 5. Quærere hic solent; quid juris sit circa refusionem pretii rerum ob odorem pestilentialem combustarum? Cum D. Strykio Tr. d. Jur. Sens. Diff. s. c. 2. n. 26. respondeo, Res odore pestilentiali infecta, cum amplius nulli futura est usui, sed & insuper perniciosa domino exstitura & ultimam internectionem inferet, nulla ratio subesse potest; qua quis pretii refusionem queat efflagitare, sed res peribit suo domino, qui fato hoc ac divinæ providentia imputabit; vid. Job. Frans. Ripa d. Pest c. 4. n. 15. Pegvera in Ques. Crimin. q. 8. Exemplum quod hic dissentientes allegant, si ædificia privati alicujus fuerint diruta, quod damnum hoc ex publico resarcitur parum huc quadrabit; si quidem refusio pretii tunc demum facienda, quando res utiles auferuntur dominis, non quando nullius usus, sed potius mortem conciliant; vid. D. Stryk. cit. loc. n. 25.

D

Th. IV.

Th. IV. Res sacras semper in suo usu manere non
putandum est: namque à lāsione, quæ jure sit, interdum
immunes esse nequeunt: & quanquam juxta c. 3. in fin.
X. d. *rer. permūt.* eā potius comburendā sint, quam ad
laicorum manus perveniant; nihilō seciū tamen nullis
aliis suppetentibus remediis ad profanos transferuntur
usus, in primis cum iī qui pro aris & focis pugnarunt, inque
ditam captivitatem ducti, redimendi sunt l. 21. C. d. S. S.
Eccles. Vasis enim quibuscumque præferendā sunt animæ
hominum Brunnemann. in Memorial. LL. Cod. q. 5. Qua-
propter non male Ambrosius Arrianis indignantibus,
quod aureos calices ad redimendos captivos distraxisset, re-
spondit: Animas captivorum, quæ redimerentur, Deo
esse gratiōres, quam aurea vasa & reliqua templorum or-
namenta, Ambros. l. 2. Offic. c. 28. Verba huc spectant Re-
cess. Imper. d. an. 1542. & 1544. S. Über die Kirchen ibi:
Die Kirchen-Kleinodien und Gezierde sollen zu einem
Schätz der Christenheit/ wo man das zu einer eilen-
den Hülffe bedürffen würde/ gespahret und behalten
werden. In casu itidem aris alieni hæ res sacræ lāsio-
nem patiuntur. Si enim omnia alia deficiunt remedia,
Ecclesia ad concursum provocet necesse est. Brunnerus d.
Cession, honor. Quæst. principal. 4. q. 2. n. 1. bonisque cedat
N. 120. c. 6. Autb. Praterea C. d. S. S. Eccles. Licet vasa, ne
vindicationi eorum locus sit, prius constari soleant, Tho-
lophanus in Syntagm. L. 25. §. 7. n. 4. Magnif. D. Stryke in pre-
lection. publ. ad Brunnem. Process. d. Concurſ. Creditor. ad
c. 1. §. 5. verb. Ecclesia. Alias alienandi causas v. g. insi-
gnem utilitatem, incommoditatem ex Griswold. Redoani
Tr. d. Rebus Ecclesiæ non alienand. refert. Brunnem in Jur.
Ecclesi-

Ecclesiast. l. 2. c. 2. §. 6. ibique Dn. Stryke. Iisdem necessitatibus regulis includuntur quoque ædes sacræ, quæ aliis usibus applicantur tempore belli ex. gr. si ex templo fortalitum extruendum. Publicam enim necessitatem Ecclesiastis opprimere non est absurdum. Hinc Martin. Magister d. *Advocatio armata c. 10. n. 606. & seqq.* recte probat, in casu necessitatis homines in Ecclesia convenire posse, & ab hostibus se defendere, quoconque modo velint. Id quod & *Consil. 9. n. 266. Consilior. Argentoratens. vol. 1.* rusticis concessum, tempore hostilium excursionum se recipere in Ecclesiastis, & ibi se defendere. De alienatione rerum Ecclesiasticarum eadem ferme tenenda, quæ de sacris profanandis diximus. *Conf. late D. Stryke. in Tr. d. Cautel. Contract. Sect. 1. c. 3. §. II.* Pertinet huc illa læsio, quæ jure permittente bona Ecclesiastica secularisantur. Quæ læsio omnino justa erit, cum faciat ad ærarii publici sublevationem & conservandam Remp. sartam teatramque, maxime quoniam bona Ecclesiastica ratione usus tantum sunt talia, in se manent res seculares; sunt enim de hoc mundo. Igitur respectum hunc, ut puta tantum extrinsecum facile exuent, idque eo magis, quia bona Ecclesiastica partem Reip. constituant, cui in omnes sui partes id licet, quod conveniens esse judicaverit: *vid. D. Beermann. in Polit. Meditat. c. 17. §. 14.* Nihil movet brocardicum juris Canon. Quod semel Deo dicatum, ad alios usus transferri nequit. Regula namque hæc non tam juris moralis est, quam positivi & Ecclesiastici, quod mutari iterum & tolli potest, requirente hoc utilitate Reip. *vid. Dn. Mauriti Disp. d. Secularisatione c. 4. quæ habetur in vol. Fritschian. jur. publ. p. 3. Ex. 8.*

Th. V. Vicini ædes, ut pote res alienas, jus permit-
tit lacerare tempore incendi. *l. 3. §. 7. ff. d. incend. ruin. nanfrag.*
ubi hujus arcendi causa vicino potestas concessa vicini æ-
des intercidendi & demoliendi, nulla inde in eum exlur-
gente *L.* Aquilæ actione, etiamsi ignis ad ipsum non per-
venisset per text. singular. in *l.* si quis fumo §. quod dicitur *ff.*
ad L. Aquil. Etenim qui suam utilitatem procurat, is non
præsumitur in dolo esse, nec habere animum nocendi, et-
si noceat. *Alberic. Gentilis l. 3. d. jur. bell. c. 21.* Justus autem
metus oportet adsit, qui ex eo colligitur, si non illam, qua
diruitur, domum ignis attigerit, sed & si ad illam proxime
accésserit, & adeo gliscat, ut dubium nemini, quin ad il-
lam quoque perventurus sit; tunc quippe metus iste ju-
stam causam demoliendi ædes suppeditat, nihil enim dista-
re videtur, quod parum diffat. *Marijn. Bonac. Tom. 2. Tr.*
d. LL. Disp. 3. q. 4. punct. 16. propos. 2. n. 1. Damnum ergo
hoc impune erit factum. Non enim pœnam meretur,
quod lege permittente fit, *l. 4. ff. ad. L. Jul. d. adult.* atque
res perit eum in modum suo domino *l. 9. ff. d. ignorat.*
action. Ob æquitatem autem ab illis, quorum ædificia fal-
va permanserunt, damnum restituendum: Tale enim
commune esse debet pro communî utilitate acceptum.
Bald. Conf. 491. vid. D. Struve d. Ædific. privat. n. 69.

Th. VI. Vitam nemo jure proprio, sed à Deo qui-
libet habet; Incumbit igitur hanc omnibus tueri modis,
eamque nequicquam perdere. Semper enim de mediis
vivendi sollicitus quis esse debet. Quibus non alter im-
petrandis, nisi auferendo cibaria vel edulia, jure permit-
tente, coque sic lacerante in fame afflgentissima aliena sua
facere licet. Sicuti enim contra quemvis hostem; ita

& contra famem tanquam naturæ destructorem & passio-
nem crudelissimam præsidia paranda l. 3. d. I. & I. & ibi
Dd. Bernhard. Zieritzius in not. ad Carol. V. Consil. Crim.
art. 166. Et id eo magis, quia contingente ejusmodi ne-
cessitate jus pristinum utendi rebus reviviscit, ac si singu-
laris rerum adprehensio non esset facta. Fictione scil. qua-
dam talia bona non videntur habere dominum, sed com-
munia sunt: D. Struve in diss. d. Facultat. reb. alien. utend.
tb. 3. Verum tentanda sunt omnia, priusquam hoc medi-
um quis arripiat; Adeundus est Magistratus ejusque of-
ficium implorandum, aut dominus ad communicandum
precibus p̄ducendus est. Requiritur & hoc, ne domi-
nus sit in eadem necessitate; Sic enim citra animadversi-
onem legum, quod reliquum inopia fecit, non abstulerit
arg. l. Preses C. d. serv. & ag. Zaf. ad ff. d. furt. n. 16. nam
quia semper melior conditio possidentis, remedio illo ul-
timo non utendum Hug. Grotius d. I. B. & P. l. 2. c. 2. §. 9.
Animus restituendi pariter adfit, si ad pingviorem fortu-
nam venerit, quia non tam accepit rem communem,
quam communicandam, nec dominus rei adstrictus est
donare, suo enim officio satisfecit per mutuum providen-
do alterius inopia Clarus §. Furtum. n. 25. Quibus omis-
sis simpliciter omnis poena delicto huic culpo abjudica-
ri nequit, cum nec minima culpa in delictis poenæ omni-
no expers esse debeat Harpprecht, ad §. furt. 2. t. d. obligat.
qua ex delict. nasc. n. 20. Licet rusticitas, imperitia &c mi-
nus cœura circumspectio delinquentis venia aliquid me-
reatur Goffred. in Summa Rubr. d. Furt. n. 9. Huc pertinet
præjudicium impunitatem ejusmodi farti confirmans,
quod habet Carpz. in Prax. Criminal. P. 2. q. 83. n. 50. se-

D 3

quen-

quentis tenoris: Haben die Gefangene in Güte be-
 standt und gestanden/ daß sie durchs Stroh-Dach ge-
 schnitten/ und demselben 10. Brodt/ und etliche an-
 dere Sachen/ so die Gerichte auf 4. fl. 17. gr. taxiret/
 entwendet/ dagegen aber eingewendet/ daß sie die
 grosse Hungers-Noth/ welche sie und ihre 3. kleine
 unerzogene Kinder gelitten/ darzu gebracht: denn
 sie an zween Tagen keinen Bissen Brodt gehabt.
 So haben sie ihr Verbrechen durch das allbereit er-
 littene Gefängnis zur Gnade gebüßet/ und werden
 hinwieder billich erlediget. **N. R. W.** Edulia proxi-
 mo auferre permissum est, an ad potulenta hæc licentia
 porrigitur, dubitant, partim ob rubr. *Sanct. Criminal. art.*
 166. **S**tehlen in rechter Hungers-Noth/ quod saltem
 de fame, non sit loquatur, partim quod aqua satis quis
 queat vitæ suæ consulere. Verum uti rubrica hæc non
 excludit potulenta, quippe quæ utique & ad conservatio-
 nem hominis pertinent, ita in altero potest dari casus, ubi
 quis ægrotat & aquæ usum abhorret, sic enim in tali mi-
 seria constitutus vinum, cerevisiam aut aliud quid rapere
 poterit *D. Preses in Disp. d. Philant. c. 2. th. 5.* Ad vestes
 quoque hoc furtum extendunt, si diurno & insolenti
 frigore cum uxore & liberis vexaretur, illudque aliter ef-
 fugere non posset c. *siquis X. d. Furt.* Imo generaliter fe-
 re obtinet, furtum in necessitate & in aliis rebus perpetra-
 ri impune; Si enim res alienas quis surripit, & ex illarum
 distractione sibi panem comparavit, nihil aliud quam res
 edibiles surripuisse censendus est. *Vid. Berlich. P. 5. Concl.*
44. n. 42. Ægid. Bossius in Practic. Criminal. I. d. furt. n. 52.
Dambouder, in Prax. Rer. Criminal. c. 110. n. 37.

CAPVT

CAPVT IV.

De læsione juris, quæ est in rebus
alienis, quando nostris accedunt.

SVMMARIA.

- I. *In accessionibus jus ledit.* II. *Vt pote in alluvione.* III.
Alveo novo. IV. *Immundatione.* V. *Specificatione.* VI.
Accessione artificiali. VII. *In edificatione.* VIII. *Implan-*
tatione. IX. *Satione.* X. *Scriptura.* XI. *Pictura.*

Th. I.

Alter læditur, quando res ejus meæ accedit, & jure
ita disponente mea fit, sive id eveniat modo natura-
li, sive artificiali, nil interest. Quos modos bre-
viter perlustrabimus.

Th. II. Est læsio respectu alterius in *Alluvione*, qua
ex alieno agro paulatim quid nostro adjicitur, nobis non
intelligentibus quantum quoque tempore adjectum sit
I. adeo §. *præterea ff. d. acquir. rer. domin.* Ut autem læsio
hæc prodet, necesse aut præcesserit negligentia da-
mnum passi Brunnemann. in *Exercitat. Justinian. Ex. 6*, ad
§. 20. Namque publica rei interest, ne domini res suas
negligenter habeant, nominatum vero, ut ripas bene mu-
niant D. Eypen. *Observat. Theoret. pract. ad Insul. Disqu. 6.*
Obs. 7. n. 12. Idcirco damnum hoc propriae incuriae homi-
nes acceptum ferant, qui contra impetum fluminis non
satis ripas muniunt Gryphiand. d. *Insul. c. 18. n. ii.* Deinde
quædam

quædam adsit necessitas; qua res ad priorem redire nequeat dominum, Brunnemann. d. l. Scilicet tunc quando nos latet, quo tempore singula terræ particulæ nostro fundo adjectæ fuerint, & unde incrementum venerit, §. 20. l. d. R. D. Admodum namque congruum est rationi naturali, cuius tali casu est totum illius, etiam pars sit, quæ effluit & accessiorum sequatur suum principale l. 19. §. 15. ff. d. aur. & arg. legat. hocque poterit, quod damno vici ni adjectum, bono jure etiam in foro conscientia, à nobis retineri arg. c. quo jure D. 8. Quia Evangelium non tollit Politias D. Abasv. Fritsch. in Addit. ad Bapt. Aym Tr. d. Alluvion. Quod si agri certis circumscripti limitibus, palam est, adjectum non cedere agro, sed manere in publico, constat enim sic quantus cujusque ager fuerit, l. in agris 16. ff. b. t. nec accessionis jus hic locum habet, cum crustam (partem terræ) meo prædio vis fluminis attulit §. 21. ff. d. R. D. Manet etenim separata, nec mutatur prisina rei spatium, quia insensibiliter fundo non cohæsit, ut quia sensu & re ipsa discerni potest, Pomeresch. ad §. 21. Inst. b. t. Si vero longo tempore illa pars terræ unita sit fundo meo, aut arbores, quas secum traxit, in meum fundum radices egerint, latio juris incipit, & videntur arbores ex eo tempore meo fundo acquisitæ l. 7. §. 2. d. A. R. D. & crusta coalitione ista mea facta l. 9. §. 2. ff. d. damn. infect. Siquidem id, quod solo meo cohæret, & succum & alimenta exinde habet, meum est: Vid. D. Tabor. in Racemat. Crim. ad t. ff. arbor. furt. cas. n. 26. 27. Actio tamen utilis in rem, qua scilicet non ipsa res, sed estimatio ejus pe titur, institui poterit Dn. Struve in Lit. C. Ex. 41. th. 27.

Th. III.

Th. III. Stricto jure non minimum læditur quis, quando in alicujus agro flumen constituit alveum novum, & postmodum flumine ad priorem alveum reverso, iste ad dominum pristinum non redit, sed illorum fit, qui prope ripam ejus prædia possident l. 7. ff. d. d. A. R. D. Desinit namque ager esse ob formam, quæ in alveum mutata est. Sed vix est, ut id obtineat, addit Catus d. l. 7. §. 5. Quanquam hic non omnis exulet læsio, si quidem si padlatum flumen recesserit, vicinis jus alluvionis competit, quia per insensibiles particulas iis alveus accrescit, Conf. D. Struve S. I. C. Ex. 41. tb. 22.

Th. IV. Inundatione modicajus neminem de possessione dejicit l. 30. §. 3. ff. d. Acquir. l. amitt. poss. v. g. si vel ager adhuc conspiciatur, ex parte colatur, aut si pendibus calcari queat Imola in l. 3. §. Nerva ff. d. t. Et si brevi tempore recedit, ille non læditur, cuius ager inundatus fuit. Hinc etiam est, quod talis inundatio præscriptio nem non interrumpat, quia passim in jure brevioris temporis non habetur ratio l. 22. ff. d. acquir. vel amitt. poss. Brunnem. in Ex. Justin. Ex. 6. ad §. 24. Si vero diutina, & quæ fundum interpolet, existat inundatio, tum naturaliter tum civiliter à jure læsum depositionatumque dicit Aymus d. Alluvionib. l. 2. c. 22. ita ut præscriptio interrumpatur Fritsch. in Addit. ad Aym. d. l. verb. sed etiam civilis. Piscatione autem, quoniam repugnat naturæ & consuetudini prædiij, cuius alii sunt fructus, quam piscium, non retineri potest possesso, l. si ager ff. quib. mod. ususfr. amitt.

Th. V. In industriali accessione non minima conspicitur læsio. Ad eam vero spectat Specificatio, quando quis bona fide & nomine proprio partim ex sua, partim

ex aliena materia novam conficit speciem l. 7. §. 7. ff. d. A.
R. D. & §. 25. I. eod. Quæ nova species, quia res alium exi-
tum naturaliter reperire non poterat, communionem in-
ducere videtur pro rata, *Grotius d. I. B. & P. I. 2. c. 8. tb. 19.*
n. 2. Ast communio hæc cominode subsistere nequit, ideo
ratioinacione humana uni potius tota res adjudicatur *D.*
Struv. Ex. 41. tb. 38. Hoc autem ut procedat, requiritur, ut
ad pristinam materiam reduci nequeat species v. g. si ex
suis & alienis medicamentis collyrium; ex sua & aliena
lana vestimentatum factum *Zefesus ad ff. n. 44. d. A. R. D.* Sic
enim cum forma det esse rei, & is, qui fecit rem, formam
addiderit l. 3. §. genera ff. d. acquir. vel amittend. posses-
merito ei, utpote specificanti, rei dominium adjudican-
dum l. *Julianus* 9. §. sed & 3. ff. ad exhibend. vid. *Coppen. in*
Vf. Pract. Obs. 74. n. 4. l. 1. Actio tamen in factum contra
sacrificantem institui potest l. 23. §. 5. ff. d. R. V.

Th. VI. Res ex finita vindicari nequeunt l. 6. ff.
d. R. V. Et hinc si alter alienam purpuram vestimento suo
intexuerit, licet purpura pretiosior, non attenta læsione,
manet illius, ad quem vestimentum spectat §. 26. I. d. R. D.
quia vi quadam accessorium suum principale sequitur, nec
hic consideratur quale pretiosum accesserit, sed quid cu-
jusvis rei ornandæ gratia adhibeat, l. 19. §. 13. ff. d. aur. &
arg. legat. Nimirum autem ne lædatur dominus rei acces-
soria, datur ipsi contra mala fide jungentem actio furti &
condicō furtiva d. §. 26. contra bona fide jungentem ve-
ro actio in factum l. 23. §. 5. d. R. V.

Th. VII. Et quando quis ex aliena materia in suo
edificat, læsio oritur, cum inaedificatum cedat solo juxta re-
gulam: Omne quod solo inaedificatur, solo cedit. At-
que

455

35.

que hoc potissimum ob commune bonum: Nam quia per leges XII. Tabb. prohibitum est eximere tignum, ne ædes hoc velamine diruantur civitatisque aspectus deformetur, potius lædendum censuerunt materiae dominum, quam ipsi rei vindicationem permettere l. 20. §. 10. ff. d. oper. nov. nunciat. Ac quanquam ædificator paratus sit solvere tignum & restituere, non tamen ob enascens inde publicum incommodum id præstare valebit l. 6. ff. ad exhibend. Hillig. ad Donell. l. 4. c. 33. lit. C. Aliud esset forte si magistrati caveret, se ædes in continentia refecturum Dn. Stryk. in annotat. ad Inslit. d. R. D. ad §. 29. verb. ædificia rescindi. Quoniam vero summa esset iniurias alterius tigno distorcere l. 14. ff. d. condit. indebit. Dominus materiae contra b. s. jungentem actionem de tigno juncto, ut duplum pro eo præstetur, intentare potest: Quæ actio æque contra m. s. jungentem datur, ut tamen in hoc differat ab ea, quod diruto ædificio, licet dominus materiae duplum sit consecutus, detur actio ad exhibendum & rei vindicatio Brunnem. Ex. Justin. 6. ad §. 29. t. d. R. D.

Th. VIII. Plantans in fundo alieno læditur, quippe quamprimum radices egit planta, domini fundi est s. 31. I. d. R. D. Et hoc ex eo, quod jus plantantem faciat excidere dominio; quia enim solo aluntur plantæ, justum est, ut ad dominum solis pectent l. 7. ff. arbor. furt. ces. Eapropter etiam arbor premens terram vicini, si in eam egerit radices, vicini erit, l. 7. §. fin. ff. d. A. R. D. & prope confinium posita, erit communis l. 1. pr. b. t. Jure Saxon. ramos ex arbore vicini in meum fundum dependentes succidere vel fructus ex illis colligere licet. Landrecht l. 2. art. 52.

Th. IX. Qui in alieno serit citius læditur, quam qui

E 2

in

CIVITAT



in eo plantat. Hoc enim casu tantummodo postquam radices egerunt plantæ; illo vero casu, quamprimum segmenta fuerint injecta l. 14. ff. d. Donat. Hilliger in Donell. l. 4. c. 34. lit. a. Attenditur namque magis jus corporis seu fundi in percipiendis frugibus, ex quo percipiuntur, quam jus feminis, ex quo oriuntur l. 28. d. usur.

Th. X. Scribens carmen, historiam vel orationem etiam aureis litteris laeditur, si in aliena charta exaraverit §. 32. I. d. R. D. Quemadmodum enim edificium semper solo cedit, ita quoque litteræ membranis chartisque instar soli se habentibus l. 9. ff. d. A. R. D. l. 23. §. 3. ff. eod. Po-scens vero chartam impensas scripturæ solvere tenetur d. §. 32. Licet Interpp. comm. statuant Scripturæ hodiernis moribus chartam cedere Schütz. in *Synops. Institut. Imperial.* t. d. R. D. Litt. LL.

Th. XI. Pictor bona fide pingens in aliena tabula dominium hujus non perdit, idque ob dignitatem & præstantiam artis pictoriae, quam Romani semper magnifice-runt Pomeresch. ad *Instit.* §. 34. d. rer. div. Et quanquam uti litteræ cedunt chartæ, ita quoque pictura tabulæ ce-dere deberet: quia vero litteræ in se spectatae etiam si in-geniosissimum contineant, non ad illud artificium acce-dunt, ad quod pictura, singulare quid præ iis pictura in-dulserunt conditores juris Dn. Struv. Ex. 41. tb. 51. Hinc exceptione pictor se tueri potest conventus, ut tabulam tradat l. 26. §. ult. ff. d. A. R. D. Inconveniens vero non est, si læso pro tabula satisfiat D. Struv. d. l.

CAPUT

CAPUT V.
De Læsione Juris
circa erectionem dominii,

quod aliorum est, & per præscriptionem nostrum sit.

SUMMARIA.

- I. *Jus per præscriptionem lēdens non iustum esse exhibetur addita refutatione argumentorum, que contra illud proferuntur.* II. *Et hoc confirmatur.* III. *An in conscientia fatus, qui hoc jure lēdente uititur.* IV. *Tanguntur requisita juris præscribentis.*

Th. I.

EX Præscriptionis jure non levis progerminat læsio. Ob hanc enim res & jura alterius intra certum temporis lapsum tertio cuidam adjudicantur. Iniqua hæc satis videtur, cum quilibet sit rei suæ moderator & arbitrus, nec res nostra sine facto nostro ad alium transferenda. *Id quod 11. ff. d. R. J.* Et læsio magis quam enormissima est, cum alterius jactura locupletari c. *Locupletari d. R. J. in 6. & 14. ff. d. condit. indeb.* Accedit, quod impium præsidium etiam ab ipso Imperatore N. 9. pr. vocetur præscriptio. Imo ex regula Salvatoris: *Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis, omnem cessare debere læsionem, facile constat.* Verum enim

etim vero ad apparentis hujus juris læsionem justam eliciendam non magnopere laborandum est. Itaque nostrum quidem sine facto nostro ad alium transire nequit; quia tamen aliud factum verum, aliud præsumptum, & qui rem suam patitur usucapi, semper alienare præsumitur l. 28. ff. d. V. S. ideo cujusdam injustitia non statim accusanda est hac lœlio. Deinde licet hæc juris præscribentis læsio cum alterius injuria facta videatur esse magis quam enormousima; quoniam tamen damnum, quod quis sua culpa sentit, non sentire præsumitur l. 203. ff. d. R. J. bonoque publico satis compensatur, evanescet hujus juris lædentis iniquitas. Porro contra præscriptionem nihil obtinet effatum ipsius Imperatoris; quippe absolute & simpliciter intelligendum non est; sequeretur enim, Jus Civile sovere impia præsidia, quod absurdum est arg. l. 15. §. 1. ff. d. condit. insit. l. 3. §. 2. C. d. bis q. ad Eccles. conf. Sed respective s. secundum quid, quatenus adversus Ecclesiam Romanam iniqui homines ea abutuntur, D. Beyerus in *Justiniano Controverso* Ex. 7. tb. 1. Nec derum regula illa: Omnia quaecunque &c. præscriptioni laedenti adversatur, quamvis teste *Hugone de Roy in eleg. libell. d. eo quod ius sum eß l. 3. t. 5. §. 8.* hanc urgentes mysterium ipsi inesse, &, si cuiquam antehac in mentem venisset, nihil unquam pro usucacione sustinuisse, asserant. Ea namque & hic commode circa iniquitatem præscriptionis applicari poterit. Usucacionem enim quilibet, dum in societate civili vivit, quia intendit conservare constitutam inter homines societatem, expedit. Jam vero cum illam intendam, vel intendere debeam, quae in jure paria sunt, contra alterum præscribere quo, quoniam id volo, ut & mihi contingat; vid. *Roy d. l. n. 9.*

Th. II.

Th. II. Quapropter is, cui bona sua prescriptione auferuntur, juste laeditur. Sicut enim Cajus in l. 1. ff. d. Usucap. differit: bono publico usucaptionem introducetam esse, ne quarundam rerum diu, & fere semper incerta essent dominia, cum sufficiat dominis ad inquirendas res suas statui temporis spatum: ita cum quicquid ob bonum publicum ac commune hominum introductum perpetuam justi causam habeat ac naturalem Azor. Inflit. Moral. P. 3. l. 1. c. 16. à recta ratione haec juris praescribentis laesio non recedit. Dominia enim rerum incerta esse nolumen est Reip. pr. I. de Usucap. quia tali ratione induceretur terminorum confusio, quan nihil magis Juri divino rectaeque rationi contrariatur. Cui sic non aliter occurri potest, quam hac juris laesione, absque qua nullus mortalium de dominio ejus, quod possider, certus esse posset docente Hugo de Roy d. lib. 3. t. 3. S. 2. Deinde bonum publicum juvat santes semper poena prosequi arg. l. 13. ff. d. off. presid. & ideo rerum suarum incuriosus, qui has patitur usucapi, male mereri dicitur publice, eamque ob causam, ut exemplo aliis sit ad deterrenda maleficia egestate laborare debet l. 31. ff. deposit. Hinc inde est, quod praescriptio non Juri tantum Civili, verum etiam Naturali, Gentium & Divino cognita sit. Juri Natur. quidem ex hac ratione, quia humanae societati subditi sunt homines ideo, ut perpetuo & constanter utilitati bonoque communi subveniant. Juri G. quia usu & necessitate exigente comparatis inter se rebus excogitatum est hoc inventum. Si enim non admitteretur, maximum futurum incommodum, ut controversia de regnis regnorumque finibus nullo unquam tempore extingverentur Grotius

d. J.

d. J. B. & P. l. 2. c. 4. tb. i. Juri Divin. siquidem cum Ammonitae adversus Israelitas moverent bellum ad repetendas veteres sedes, Iephtha Israelitarum Judex ac Dux praescriptione 300. annorum conabatur eos repellere, quam tamen Rex Ammonitarum non admitebat. Idcirco imploratus est Judex Opt. Max. qui negligentiam Ammonitarum puniit, eoque Israelitas in possessionis causa confirmavit; vid. plurib. *d. Roy. l. 3. t. 4. §. 10.*

Th. III. Qui jure per praescriptionem laudente obtinuit dominium alienarum rerum, & postea ipsi harum scientia superveniat, eritne praescriptionis vis tanta, ut etiam si non restituerit, securus in conscientia esse queat? Quia res non amplius alienae, sed propriae juris autoritate factae sunt *Panormitan. in c. Vigilantin. 6. d. Prescript.* neque jure suo utens vim facere videtur, *l. 155. §. 1. ff. d.* *R. J.* colligere haud difficulter est, hoc jure praescriptionis utentem nequaquam contrahere cauteriatam conscientiam. Cui proximum est, quod forum conscientiae sit forum securitatis; qui vero munitus est tempore, in eo foro quoque securitatem habere tradit *Gilkens. d. Prescript. P. l. c. 1. n. 27.* Stabilit etiam quam maxime, quod lex iustitiae in foro poli obliget; jus autem laedens inducensque praescriptionem justam esse vel exinde constare potest, quia maxime prohibet, ne rerum dominia incerta & lites immortales existant. Ex quo hoc absurdum nasceretur, conscientia & aliter in foro fori, quam in foro soli pronunciari, quod comperta rei veritate judex interioris fori & judex exterior contraria pronunciare possent, & quidem strumque iuste. Judex enim uterque tenetur jus suum un-

unicuique tribuere ac justitiam in pronunciando amplecti, ut judicium æquum sit; de qua materia consule *Balbum d. Prescription. P. 3. q. 9.*

Th. IV. Perlustranda quoque forent requisita, quibus jus lædens in prescribendis rebus utitur, quæque alias in vulgato hoc continentur versiculo:

Non usucapies, nisi sint tibi talia quinque:

Bona fides, justus titulus, res non vitiosa,

Ut res tradatur, possessio continuetur.

Ast dum ea satis sunt obvia, nullumque juris syntagma in iis deficiat, actum agere nolo.

CAPVT VI. & ULTIMUM.

De Læfione Juris

circa

CONTRACTVS.

SVMMARIA.

- I. *Licita est læfio in contractibus, tamque à contrahentibus quam que ab ipso jure fit.* II. *Læfio juris est in mutuo.* III. *Usuris.* IV. *Commodato.* V. *Deposito.* VI. *Pignore.* VII. *Sipulatione.* VIII. *Chirograpbo.* IX. *Emtione Venditione.* X. *Locatione Conductione.* XI. *Societate.* XII. *Mandato.* Remissive tractantur materia bus juis reliqua.

Th. I.

SOlenne est, in contractibus licitum esse se invicem naturaliter circumvenire *l. 16. §. 4. ff. d. minor.* & idcirco esse

F

esse perinde, si nonnunquam in contractibus deficiat æqualitas. Verum ut prius non de dolosa circumventione, sed de industria quadam negotiativa accipiendum *l. 8. C. locat.* ita & æqualitatis in contractibus rationem habendam esse, nisi alter velit, ut ex inæqualitate minus habentius oriatur, docet *Guilielm. Grot. d. Princip. Jur. Natur. c. 8. n. 9.* Hisce tamen parum consideratis, jus ipsum interdum inæqualitatem introducit, dum vel ex eventu alterum lœdit, vel ex ratione singulari, ne contractus teneat aliquid statuit. Quod paulo enucleatus in quovis contractu ostendendum erit. Et hac vice tantum nominatos, missis in nominatis & quasi contractibus, percurremus. Hi vero quadruplices sunt, nempe Reales, Verbales, Litterales & Consensuales, de quibus in sequenti.

Th. II. Inter Reales primum sibi vindicat locum Mutuum, quod in eadem bonitate, qua datum, est restituendum *l. 3. ff. d. R. C.* Non enim tollitur obligatio, nisi id, quod debetur, solvatur *§. 1. I. quib. mod. toll. oblig.* & vindetur esse intentio contrahentium, ut rem eandem, non aliam restituat debitor, atque eum in modum creditor ad rem aliam accipiendam non cogendus est *l. 19. §. 3. ff. locat.* Interea tamen haud raro creditor huic pro se introducto favori renunciare tenetur contra *l. pen. C. d. pact.* idque ex jure, quod ob inopiam debitoris aliud statuit, creditoremque potius aliquo modo lœdit, ne in totum tandem privetur suo credito. Nimurum necessitati parentum est, & stultum erit exigere, quod fieri non possit *Gail. L 2. Obs. 73. n. 6.* Hinc videre licet ex *LL. XII. Tabb.* quod creditorem maxime adjutum voluerint illæ leges, si debitori solvendum erat, nec illud in manu sua existere.

Nempe

Nempe non tantum manibus injectis ipsum in Jus ducere, & si non satisfactum, domum reducere, nervo & compedibus vincire, venum exponere & postea tertii nundinis etiam ultimo suppicio afficere vel etiam in partes secare debitorem creditores poterant *A. Gellius Noct. Att. L. 20. c. 1. D. Præses in diss. d. exceptione impossibil. ex affict. orta c. 5. tb. 2.* Hujus liberi & familia ipsi quoque addicabantur Mevius ad *Jus Lubecens. L. 1. art. 1. §. 3. n. 1.* Etad-huc hodie umbram hujus quandam Jure Saxonico, quo quis Creditori cum sua familia addicitur, observare licet, de quo vide *Philippi Us. Præct. L. 1. Eclog. 35.* Huic severitati occurrabant Leges Civiles & Constitutiones Electorales *L. 1. C. qui bon. ced. possunt & P. 2. C. 22.* æs alienum non solventem ad carcerem tantum publicum condemnantes. Quod in casu durissimæ paupertatis obtinet. Sed ubi quis speciem mutuo acceptam restituere tenetur, ea vero amplius haberi non posset, estimationis præstatione liberatur à debito *L. qui restituere 68. ff. d. R. V.* quamvis & extra hunc casum pro auri certo pondere dato, pecunia numerata solvi queat, *L. 9. ff. d. aur. & arg. legat.* Sicuti & hoc in consuetudinem abiit, ut pro aureis taleris mutuo datis moneta alia solvi possit, ita tamen, ne creditor ultra *25.* taleros minutæ pecunia accipere teneatur Brunnem, *in Exercit. Justin. Ex. 17. ad L. 3. §. 15. n. 13 seqq.* Ubi vero nummis debitor non est instructus, nec adeo facile rerum suarum emtorem invenit, creditor in solutum accipere bona debitoris tenetur, sive mobilia sive immobilia fuerint *N. 4. c. 3.* daturque creditori potestas optimum eligendi estimatione antea facta per judicem *Autb. Hoc nisi debitor C. d. solut.* Quia enim pro pecunia rem aliam accipere

ipſi lex imponit, in ejus favorem hoc vicissim sanctum
eſſe conſtat ex l. 30. pr. ff. d. Jurejur. Matth. Colerus de Pro-
ceſſ. Execut. p. 4. t. 9. D. Praefes in Differ. d. Exceptione Im-
poſſibilitatis ex afflictione orta 6. 3. tb. 6.

Th. III. Accedunt quandoque uſuræ. In hiſce per-
mittitur inæqualitas ratione fortis data, idque maxime
in conſtitutione & in primis in terris Saxoniciſ conceden-
tur ita, ut ſi centum dotis loco ſunt data, dotalitium in
ducentis conſtituatur. Cujuſ intuitu viduæ quotannis
reditus nomine 10. ſolvuntur Carpz. p. 2. c. 42. d. 2. Harum
duplicatuarum uſuraruſi iuſtitia iniqüitatem ſapere vide-
tur; ob Leges Imperiales, quæ ultra quincunces uſuras
non permittunt; ſed cum illæ in odium foeneratoruſ
conſtitutæ ſint, quo fraudibus eoruſ obvietur, ad haſce
duplicatas minime pertrahendæ erunt; ſiquidem facili
negotio laedi poterit mulier, quando ea 1000. florenos in
dotem attulifſet, & hoc ipſo anno, quo poſt obitum ma-
riti fructus ex dotalitio vix lucrari coepiſſet, decederet;
Dote enim mille florenorum orbaretur, quia dotalitium
dotem penitus absorbet, eoque ſemel conſtituto & à vi-
dua agnito ulterius illam repeteſe nequit Carpz. Difſ.
d. Jur. fæminar. ſingul. D. 5. Poſ. 8. n. 22. & 23. Et vicissim
contingere potheſt, ut marito diu ſuperſtes uxor maneat.
Quapropter quia ex futuro eventu & lucrum & laſio de-
pendet, dannum inde emerſens non attenditur Berlich.
P. 2. Concl. 50. n. 76.

Th. IV. Commodanti officium ſuum damnoſum
eſſe cum æquitate pugnat l. 5. ſ. 13. ff. d. hiſ q. ut indig. Præ-
terea etiam reſ commoda data exactiſſimam curam com-
modariū deſiderat l. 18. pr. ff. commodat. furtive tenetur,
qui

qui re commodata aliter, quam conventum est, utitur:
 Si nempe equo commodato ut vadere ad villam, ille ute-
 retur ad bellum s. placuit. f. d. obligat, que ex delicto nascit.
 Nihilominus tamen jura lationem permittunt, utres com-
 modantis etiam extra commodati usum in aliis negotiis
 usurpari possit. Quod fit in eo, si probabilitate commo-
 dans suisset consensurus d. §. 7. Consensum vero elicunt
 ex hoc, si commodatario singularis amicitia vel familia-
 ritas cum domino rei intercedat, vel si sint consanguinei,
 commodator homo liberalis &c. Brunnem. in Ex. Justin.
 Ex. 23. ad L. 4. t. 1. §. 7. Aut in eam labatur necessitatem
 commodatarius, ut equo commodato ad longius iter &
 longiori tempore, quam conventum fuerat, utatur l. ve-
 rum est ff. d. furt. Sic potius jura commodantem londere
 voluerunt, quam commodatarium, ut ejus rei ergo actio-
 nem furti contra eum decernant, cum delictum absque
 dolo non committatur l. 53. ff. d. furt.

Th. V. In Deposito laesio contingere videtur, quan-
 do res ad numerum, pondus & mensuram sunt depositae;
 quia jus præsumit licentiam depositario esse concessam
 convertendi eas in suos usus, & ad tantundem saltem restituendam
 depositariorum obligatum esse arg. l. 29. pr. ff. de-
 posit. l. 10. d. R. C. Quo casu, quia dominium in ipsum
 translatum, res ipsi quoque perit l. 9. ff. d. ignorat. action.
 & res egreditur tunc notissimos terminos depositi D.
 Struv. Decis. Sabbath. Dec. 19. c. 5. Tali ratione autem la-
 ditur deponens, cum ad concursum pervenitur, quoniam
 cum dominium non habeat, illam rem depositam revo-
 care nequit, & jus prælationis amittit, l. 7. §. 2. depos. Quod
 eo magis locum habet, si usuras stipulatus fuerit deponens;

nam tunc potius erit mutuum quam depositum l. 24. §.
pen. d. reb. autor. judic. possid. eamque ob rem privilegio
depositi renuncia esse videtur l. si muneri ff. d. privileg. credi-
tor. Vid. Cöppen. Uf. Pract. L. 2. O. 13. n. 3. Ex postfacto ve-
ro scil. postquam pecunia aut res aliæ fuere consumtæ, si
ut usuræ præstentur, stipulatio celebrata, non statim huic
privilegio renuncia esse deponentem censet Brunneman.
in Comm. ad ff. ad l. 7. §. pen. ff. d. reb. autorit. judic. pos-
sed. Conf. Zœf. ad ff. b. t. n. 13. Siquidem novationem, nisi
expresse id conventum, non præsumi statuit l. fin. C. d. no-
vat. Cui accedit, quod hodie indistincte ob moram de-
beantur usuræ, atque hinc exprimendo id, quod tacite in-
est, nemo sibi nocet; nec renunciatio juris facile indu-
cenda Dn. D. Stryke in Not. ad Brunnem. Tr. d. Concurr.
Creditorum olim publice traditis ad §. 5. verb. hodie usuras.
Compensationem quoque admittendam esse in tali depo-
sito irregulari volunt, vid. Mozzius d. Deposit. n. 5. ast, ut &
hoc modo lassionem hanc juris avertere possit deponens,
D. Stryke in Cautel. Contract. Sect. 2. c. 3. §. 9. hanc suppe-
ditat cautelam, daß er ihm zwar vergönnen wolle/sich
dieser deponirken Gelder zu gebrauchen; Jedoch
wolte er die Privilegia depositi dergestalt reserviret ha-
ben / daß künftig keine retention oder compensation
wegen jexigen als künftigen Gegenforderungen dar-
wider vorgebracht werden solte.

Th. VI. Pignus, quod in securitatem crediti ea le-
ge datur, ut idem finito debito restituatur in specie l. 1. ff.
d. pignorat. action. certas qualitates & pacta admittit t. t. C.
d. pact. pignor. Ea autem potissima sunt Lex Commissoria
& Antichrefsis; Illa, quia pactum est odiosum, & idcirco
asperum

asperum ex mente Baldi in c. i. in fin. d. Feud. dat. in vic.
Leg. Commiff. non valet c. significavit X. d. pignor. Hæc, si
 modum usurarum legitimum non excedat, admittitur
Gail. L. 2. Obs. 3. n. 5. Hinc inde est, si fructus quotannis
 certo proveniunt, ut sunt decimæ, canones, rusticorum
 pensiones &c. quod hi fructus sorti imputentur *L. 2. in fin.*
C. d. Usur. quamvis modicus excessus toleretur *arg. L. 12.*
C. d. r. Incerti vero cum fuerint proventus, atque hac ra-
 tione haud difficuler lædi possit creditor, jura constitue-
 runt, ut ad eorum restitutionem vel imputationem non
 teneatur per *L. 17. C. d. Usur.* Idque ex nulla alia ratione,
 quam propter eorundem proventum incertum, pretii
 mutabilitatem & inconstantiam, quia si minus percepis-
 set, creditoris fuisset damnum, eoque contentus esse de-
 buisset *Mynsing. C. 6. O. 21.* Ut regula juris hoc quadret:
 Cujus damnum, ejusdem & commodum. Atque hunc
 contractum frequentissimum hodie esse attestatur *Cöppen.*
 in *Uf. Præcl. L. 2. Obs. 10. n. 8.* ubi allegat Gabriel. Mudæ-
 um, *Tr. d. Pignorib. & Hypothec. c. d. Paet. L. Commiffor.*
n. 34. dicentem: Pactum Creditoris de habendo pigno-
 re non quidem perpetuo, sed ad tempus donec solvatur,
 non esse improbatam legem commissoriam, sed permis-
 sam antichresin.

Th. VII. Contractus verbalis est stipulatio *pr. I. d.*
V. O. quæ solenni conceptione verborum peragitur *L. 5.*
b. t. Per hanc robur suum habet fidejussio, qua creditori
 pro alio interveniens verbis solennibus solutionem à de-
 bitore alias faciendam promittit *Zæf. ad ff. d. fidejuss. n. 1.*
 Quis autem intervenire possit, creditori de eo probe cir-
 cumpisciendum est, ne dum certis personis Jus privilegi-
 um

um constituit, his non attentis incutia sua lædatur. Inter
has est foemina, quam ad fidejubendum admittens mirum
in modum læditur, siquidem hujus obligatio, quam fir-
mam credebat, in fumum abit, l. 48. ff. d. fidejuss. Scil. ut
mulierum imbecilitati, levitati, consiliorumque fragili-
tati succurratur, SCrum Vellejanum pro iis constitutum
est, l. 1. & 2. ff. & l. 22. C. ad SCt. Vellejan. Pelerumque e-
nim foeminarum consilium adversus propria commoda
laborare in l. 4. C. d. Sponsal. dicitur. Quapropter ne
quis tali fidejussore minus idoneo jure sic disponente dam-
no afficiatur, varie sibi consulere potest. Optimum
censemur, si procuret, ut mulier huic beneficio renunciet,
præcedente tamen sufficienti certioratione & subsecuta
speciali renunciatione, de quo consule Dn. D. Stryke in
Cautel. Contract. Sect. 2. c. 6.e. §. 3. addito interdum jura-
mento, cumprimis si pro marito intercedat Id. ibid. d. l. §.
4. Colligitur autem quandoque facta renunciatio, si post
biennium repetitur intercessio à muliere l. 22. C. ad SCt.
Vellej. quia ex hac temporis prolixitate non infirmitas con-
fili, sed constantia apparet Wiffenbach. d. l. Alios modos,
quibus efficaciter obligari potest foemina v. g. si petatur
ab uxore intercedente, quo heredibus suis per testamen-
tum vel codicillos injungat solutionem illius summæ, pro
qua fidejussit, sic tenebuntur & heredes per modum le-
gati. Item si pretium acceperit uxor pro fidejussione.
Vid. pluribus ap. cit. D. Stryke d. l. n. 9 seqq.

Th. VIII. In Literali contractu, quo quis chirogra-
pho se certam pecunia summam accepisse testatur, quam
non accepit, jus laisionem confitenti debitum decrevit.
Ita enim est, si certum temporis spatium præterlati passus
est

est debitor, tenebitur ad id, ad quod solvendum se obstrin-
git, nullo respectu habito an etiam nummos in literis ex-
pressos acceperit, an vero non §. un. verb. Scriptura obliga-
tur L. d. literar. obligat. Habet namque chirographarius,
quod sibi imputet, cur intra biennium chirographo non
contradixerit condicione instituta sine causa l. 7. C. d. non.
numerat. pecun. Quod etiam claris juris textibus provisum
est, utpote l. 8. C. d. t. l. 14. eod. ubi lapsò tempore legitimo
solvere cogitur debitor; Verum uti durum esset expræ-
sumtione aliquem adsolvendum cogere, quod non acce-
pit; ita allegati textus limitationem hanc, nisi reus onus
probandi in se recipere & negotium probare sustineat, non
respuunt Zœl. ad ff. d. P. & A. n. 34. Nihil huc faciente, quod
Duarenus adt. d. N.N.P. c. 4. profert, nullam scil. esse litera-
lem obligationem, si post biennium admittatur reus ad pro-
bationem; quia uti exceptiones admittuntur in aliis con-
tractibus, qui nihilominus perseverant in natura verorum
contractuum; Ita & hic dum maxime iniquum esset ob ob-
ligationem à lege inductam id restituere, quod nunquam
accepisti, exceptio ad probandum contrarium non denega-
bitur Zœl. d. 4. Quæ communis est Dd. opinio, & quia æ-
quitate sua non caret in praxi recepta est, nec ab ejus obser-
vatione facile recedendum esse monet Carpz. p. 1. c. 32. defini-
66. Corollarii loco dicit Zaniger. d. Exceptionib. p. 3. c. 14. n.
20. notandum esse, exceptionem non numeratae pecuniae
competere, etiamsi debitor renunciaverit, quippe qua re-
nunciatione invitaretur ad delinquendum creditor, ut ei
impune non numerare & ita defraudare debitorem credi-
tori liceat contra l. 23. ff. d. R. I. l. 27. §. 3. ff. d. paci. Id quod
& eo extenditur, licet juramentum intervenerit Dn. Struv.
in Decis. Sabbath. c. 3. decis. 18. *Ribbeck. G. Valckenaer. Th.*

Th. IX. Ultra dimidium si læsus quis fuerit in Emtione Venditione, habet beneficium l. 2. C. d. Rescind. vendit. ita ut vel suppleatur, quod deest, vel rescindatur venditio; vid. Ludvvel. Disp. 13. tb. 6. Habentque hoc remedium omnes, qui tempore contractus in damnum inciderunt Dn. Struv. Ex. 23. tb. 86. Quod si vero contingat, ut postmodum emtor thesaurum inveniat, läditur vendor permittente jure, ut laisionem hanc allegare nequeat l. 7. §. 12. solut. matr. l. 67. d. R. V. Dn. Struv. d. l. Hoc enim esse per accidens, nec contractum concernere docet Zaf. adit. d. Rescind. Vendit. n. 7. Idem procedit, si tempore contractus æstimatio plane fuerit incerta & demum probetur læsio ultra dimidium e. gr. Princeps si metallifodinam ad 10. annos alteri venderet, hic autem venam inveniret ditissimam, ut exinde insigne pecuniae cumulum redigeret, nulla hic læsio allegari poterit. Emolumenntum enim hoc contractus tempore incertum erat, quia sciri non poterat, ant tam felix in inventendo sic futurus emtor; quoniam vero majus commodum re ostarit, dubio eventui imputandum, talique modo lädi ur à jure non injuste, quando beneficium l. 2. venditori denegatur. Generaliter enim concludunt Dd. Beneficium l. 2. C. d. R. V. non habere locum in venditione fructuum, qua nihil incerti s. perceptionem eorum s. spectemus pretium Wissenbach. Disp. 19. tb. 5.

Tn. X. Iisdem emtione venditionis regulis censemur Locatio Conductio, in qua lädi à jure poterit, si quis ab initio ædes vitiosas aut fundum sterilem conduixerit l. 13. §. 6. d. dam. infect. Cum enim damnum tempore contractus adfuerit, quod conductor scivit vel scire debuit, sua negligentia id adscribat, qui deinde remissionem pensionis habere nequit D. Struv. Ex. 24. tb. 17. Quid si damnum aut sterilitas superveniat,

veniat, uter horum lœditur? Resp. si damnum fuerit modicum, quod vel à sterilitate vel aliunde profiscitur, æquo animo id feret colonus, cui immodicum lucrum non auferatur, vid. l. 15. §. 2. ff. locat. etenim secundum naturam est eum sequi incommoda, quem sequuntur commoda l. 10. ff. d. R. J. Immodicum vero damnum, quod præcedenti aut subsequenti fertilitate non fuerit compensatum, jura locatori perferendum adscribunt l. 15. §. 4. b. t. l. 17. §. 1. d. ann. legat, utpote quod pensio solvatur in locatione rerum ob ulum rei locata; hic enim æstimatur, & ex hujus æstimatione pensio s. merces constituitur Franzk. ad ff. tit. locat. n. 66. Äquum igitur est & naturali rationi quam maxime congruum, ut qui re sibi locata uti non potuit vel frui, illi fiat pensio remissio & damnum hoc contingat domino Wesenb. in Paratitl. ad ff. eod. in fin. Quodnam autem damnum immodicum dicatur, & annon potius judicis arbitrio relinquentum sit, de eo vide Carpz. p. 2. 37. D. 14. D. Struv. in S. I. C. Ex. 34. th. 16. Gail. 2. obs. 23. n. 1.

Th. XI. Societatis in æternum coitio nulla est l. 70. pro socio propter communionem, quæ mater discordiatum est l. 77. §. 20. ff. d. legat. 2. adeo ut conveniri nequeat, ne abeat à societate l. 14. ff. b. t. Renunciatio autem hac unius socii, ut tempestive fiat, requiritur; si enim intempestive & dolose renunciet socius, renunciatio hæc parum valebit d. §. 4. b. t. Callidam enim renunciationem, ut inde socio obveniat lucrum, jura non permittunt. Itaque si ob lucrum aliquod obveniens v. g. ut hereditatem solus percipere, renunciare institueret, liberabit quidem à se socios, sed non viceversa se ab illis liberabit d. l. 65. ff. pr. Soc. Conveniri enim poterit actione pro socio ad communicandum hocce, quod capravit, lucrum. Th.

Th. XII. Mandatarius ad mandatum fideliter, secundum modum prescriptum implendum obligatus est. Quod si casus damnum dederit; veluti si, dum ad perficiendum mandatum proficiatur à latronibus spoliatur, patiatur naufragium, læditur à jure, ut damnum refarciri sibi à mandatore injuste postulet l. 26. §. non omnia b. t. Distinguere alii solent, an in rebus necessariis, an superfluis damnum datum, ut si mandatarius ex mandato profectus rem necessariam v. g. vestimenta necessaria amiserit sine culpa sua, hoc damnum imputare poterit mandatori, non si ornamenti. Alii, an occasione mandati eventus rei amissa observenerit, alias non obventurus, annon l. 32. §. 4. pro Soc. Imo uti Gothofred. ad l. 26. §. 6. lit. D. habet: Accursius hunc paragaphum legis 26. de curialitate non observari putat. Nobis placet, quod habet Lauterbach. b. l. §. 3. tb. 3. Nec mandatorem rigorose nimis nec mandatarium se debere gerere, æquitatem attendendam esse. Omnim optime consiluit sibi mandatarius, ut pacto semet securum reddat; daß Ihm alle dasjenige, wenn Ihm bey expidirung dieses Mandati übergenommenen Reisen einges periculum auch in seinen eigenen Sachen zuwachsen solte, solches der Mandans zu ersetzen verbunden seyn soll, vid. Dn. Stryk. in Caut. Contract. sett. 2. c. II. §. 22. Hæc sunt, L. B. que de læsione Juris hac vice exhibere volui. Estet nunc quoque peculiare caput de ea læsione, quam Magistratus in infligendis penis jure permittente exercet, constituendum. Ast ob justa impedimenta laborem hunc in aliud tempus cogor rejicere. Sufficiat ergo, theses hasce loco exercitii & discursus publici proposuisse.

Deo sit pro concessis viribus
Gloria!



ULB Halle
006 381 731

3



KD18
VON



Farbkarte #13

